

✠

V O T T A;
 ET MOTIVA A
 PROCESSV IVSTI
 TIÆ IVRATORVM, ET
 CONCILLI VILLÆ DE
 MANZANERA SVPER
 APREHENSIONE.



IN DEI NOMINE AMEN. Noverint
 Universi quod anno à Nativitate Domi-
 ni millesimo sexcentesimo octuagesi-
 mo octavo, die verò quæ computatur
 decima septima mensis Augusti, apud
 Civitatem Cæsaraugustæ, & in Camera
 Regij Consilij Civilis præsentis Regni
 Aragonum intervenerunt Magnifici Do-
 ctiores Don Antonius Blanco Ordinarius
 Assessor Generalis Gubernationis, Don Bartholomeus Perez de
 Nueros, Don Ludovicus ab Exea, & Descartin, Don Augusti-
 nus Estanga, & Don Iosephus Elmir & Casanate Regij Consilia-
 rij coràm quibus fuit positus Processus Iustitiæ Iuratorum Cõsilij
 Universitatis Villæ de Manzanera super apprehensione in quo
 præmissa relatione facta per dictum Don Ludovicum ab Exea, &
 Descartin relatores quatuor ex dictis Dominis fuerunt Voti, &
 Opinioni quod attentò constat &c. tenetur, & debet pronun-
 tiare, & in bonis in fine appellitis præsentis apprehensionis con-
 frontatis mandare fieri contenta in propositione oblata pro par-
 te Prioris Monachorum, & Capituli Regij Monasterij Sancti
 Michaelis de los Reyes, Ordinis Sancti Hieronimi, Civitatis
 Valentia principalium Francisci Yvañes procuratoris iure pleni
 Domini cum facultate alienandi prædicta bona sequestrata simul
 cum iurisdictione mero, & mixto imperio, & cum Vassalis .ac
 ceteris iuribus ad Dominicaturam pertinentibus etiam in perso-
 nam secularem præcedentibus tamen decreto illiusque solem-
 nitatis.

nitatibus iuxta Sanctiones Canonicas à legitimo superiori concessio quæ super alienatione bonorum Ecclesiæ expressè prohibita alienari à iure, simulque etiam ab homine requiruntur præstari prius cautione forali cæteris præpositionibus repulsis reservatis iuribus reservari supplicatibus, neutram partium in expensis condemnando, cætera supplicata, locum non habere. Exco recipitur propositio Prioris Monachorum, & Capituli Regii Monasterij Sancti Michaelis de los Reyes Ordinis Sancti Hieronimi constituti in Civitate Valentia iure pleni domini, & cum facultate ei ut domino competenti, alienandi etiam in Dominum Secularem, Castrum, & Villam de Mançanera, simul cum iurisdictione mero, & mixto imperio, Vassalis, & omnibus iuribus ad dominicaturam pertinentibus; adhibitis tamen solemnitatibus quæ à Sanctionibus Canonice statutæ sunt super alienatione rerum Ecclesiasticarum, cum prohibito hominis concurrat cum prohibitione legis, quin prædictam domini translationem impedire possit Concilium de Mançanera, pretextu cuiusdam prohibitionis alienandi prædicta bona, & iura adscriptæ in testamento Excellentissimi Don Ferdinandi ab Aragonia Ducis de Calabria, de qua illico diseremus, cum enim prædictum Monasterium nõ solum docuerit se existere in possessione prædictæ Villæ, & iurium, sed etiam titulum quo illam acquisivit ostenderit, scilicet, præfatum Ducis testamentum, quod etiam vicini de Mançanera plane agnoscunt; merito propositio Monasterij recipitur ut de re sua, iuxta formam in sententia præscriptam, tamquam moderator, & arbiter libere disponere possit. Reijcitur vero oblata à Cõsilio de Mançanera in vim iuris prohibitivi quod sibi cõpetere præsumit, ne extra Monasteriũ alienetur, precipue in duriorẽ dominum Secularem, nam ita mutatur Vassallorũ conditio ut Baro possit in eis ac super eorum cervices jugum dominicæ potestatis exercere, quod in locis Ecclesiæ non permittitur iuxta Regni consuetudinem satis notam. Nam petitio Vassallorũ destituta videtur initio aut titulo iusto qui eis firmam libertatis defensionem a subiectione alterius domini præstare possit, in primis enim testes qui in hanc rem producantur, non deponunt esse in possessione aliqua prohibendi Monasterio alienationem prædictæ Ville cum aquisitione Monasterij sed solum affirmant per longissimum centum & triginta quinque annorum spatium, à Ducis obitu, semper, & continuo morator fuisse sub ditione & Vassallitio Monasterij, & numquam subiectos alterius domini potestati, quæ probatio suffragari non potest deficienti titulo, ut super iure negativo manutentio concedatur, cui repugnat huius possessionis status cum in mera, & libera facultate consistat. Nec titulus quo ius prohibitivum, adiuncto huius possessionis statu,
fulcire

fulcire nituntur prodesse potest, scilicet Ducis testamentum, quo
suum amplissimum, & universum patrimonium predicto Mona-
sterio per viam institutionis in perpetuum reliquit, cum expressa
tamen prohibitione pignorandi, & vilo modo alienandi, inter alia
Castra, Villas, & Loca spectantia ad Ducem, & comprehensa in
hereditate, quæ sigillatim enumerantur; Castrum, & Villam de
Mançanera ut ea omnia semper, & infinitum in dominio Mona-
sterij remanerent; Contendunt enim Vassalli testatorem veruisse
alienari prædictam Villam eorum respectu, iuxta D. D. opinio-
nem, qui censent quod quamvis verum sit quod prohibitio aliena-
tionis facta per testatorem sine causa, alienationem impedire nõ
soleat, dicatur que nudum præceptum, quod successores non
adstringit, tamen prohibitionem efficacem reddi, & alienationem
impediri, ex causa siue expressa, siue ex rei, seu personarum qua-
litate subintelecta ideoque existimant, quod si testator prohibet
simpliciter alienari res animatas, in quas cadere possit affectio,
veluti Vassallos, sine alia expressione causæ, vel personæ substi-
netur prohibitio ex tacita causa incomodum Vassallorum ut sem-
per permaneant in potestate melioris domini, legatarij, vel hæ-
redis prohibiti; Exemplo servi, quem Dominus in testamento
vendi aut alienari vetat, cui si alienetur fideicommissaria libertas
videtur relicta si modo hoc animo id adscriptum sit quod volue-
rit cum testator ad libertatem per duci, cum non tantum verba
fideicommissi, sed & mens testatoris tribuere soleat libertatem
fideicommissariam, & cum ex presumptione præstita esse videatur,
hæredis est contrariam voluntatem testatoris probare, ut alicui
bi juris Consultus prosequitur; idemque dicendum esse aliqui-
bus placet, si prohibeatur alienari Castrum, cum ibi sint homines,
quorum contemplatione videtur facta prohibitio: Cæterum, cir-
cumscripta hac questione, & an Vassalli prohibiti alienari con-
traveniente Domino liberentur à potestate dominica, sicut ser-
vus consequitur libertatem, ut aliqui sentiunt, vel impedietur
tantum alienatio, contradicentibus Vassallis, ut alij existimant,
ac etiam an prohibitio alienationis efficax reddatur, ex prædicta
causa ne Vassalli induriores dominum alienentur, vel ex alia,
scilicet quia de iure eis invitis à Domino alienari non possunt, ut
aliquibus placet; Verius esse censemus prohibitionem alienatio-
nis à Duci factam favore Monasterij tantum adiectam fuisse; &
cum hæc controversia extra testamentum non incurrat, sed ex
eo oriatur, secundum eius scripturam (quæ veluti ius scriptum
est) expedienda est; inspectis igitur verbis clausulæ quæ in dis-
ceptationem venit. Item eorum quæ præcedunt, vel quæ sequun-
tur apparet, Ducem prospexisse utilitati Monasterij, quod ve-
luti filium dilexit, cum ei universa bona per viam institutionis
reliquit.

4
reliquerit, & adiecit conditionem, ne vlllo modo alienarentur,
vt illa dotacioni Monasterij, quod á Ducis pietate, & monificen-
tia initium habuit, perpetuo deservirent, sine quibus conserva-
ri non poterat, nam verba expressa quæ ad certas personas ac-
modata sunt, ea referre non debemus in damnum, vel favorem
alterius, sed ad eum dumtaxat gradum, quo hæ personæ institu-
tæ, & gravatæ fuerunt; nec dici potest hæ interpretatione ad-
missa nullius momenti esse scripturam, quasi Dux nudum præcep-
tum reliquerit, cui renuntiare poterat Monasterium, ideoque
presumendum esse, ne illusoria sit testatoris voluntas, contem-
platione Vassallorum prohibitâ esse alienationem Villæ de Man-
çanera, quasi privilegium quoddam illis indullerit, ne extra Mo-
nasterium alienarentur: Nam quando prohibitio dirigitur, vel
cadit in personam, cui de iure interdicitur alienatio, scilicet
Monasteria, Vniversitates, Ecclesias, & alias huivise generis,
sustinetur prohibitio, & difficilius permittitur alienatio, ex eo
quod prohibitio hominis concurrat cum prohibitione legis iux-
ta receptissimam D D. Sententiam, his enim casibus iam inveni-
tur persona, cuius respectu id dispositum est, vt in nostro Mo-
nasterium, & adest causa nempe conservationis bonorum inter
prohibitos; sicut is qui extra familiam bona alienari prohibet ca-
ratione, & causa id facere censendus est vt bona in familia con-
serventur, et si id non expresserit, idemque in primogenijs di-
cendum est; qua propter Doctores constanter affirmant bona quæ
suprema vel superstitis voluntate ad Sacrosantas & Religiosas
Ecclesias devoluta fuerint sub expressa prohibitione alienatio-
nis, ea mente prohiberi, ne vlllo modo alienentur, vt rectius
custodiantur; Reipublicæ enim inter est (quæ potissima est pro-
hibitionis ratio) vt sicut ipsa Ecclesia, Religionis & fidei mater
perpetua est ita eius patrimonium jugiter servetur illessum, vn-
de superant fructus ad Ministros, & Pauperes alendos, Edificia
tuenda, ne alioquin bonis alienatis pro arbitrio, sicut corpus sine
anima, ita Ecclesiæ sine facultatibus ad nihilum redigerentur, vn-
de bona ea lege relicta non licebit distrahere etiam in aliquibus
casibus à iure permisis, nisi iustæ, & necessariæ causæ interven-
rint; Sed de hac re disquirere ociosum esse arbitramur cum eius
decissio ad Iudicem competentem, qui de ea cognoscere debet,
spectare dignoscatur; similiter prohibitiones filijs adscriptæ à Pa-
tribus, qui coerere student hoc precedenti consilio & cautione,
dispendiũ bonorum quod ob lubricũ & etatis verentur, subsistũt,
vt pote favorabiles ipsismet filijs prohibitis, etiã respectu legiti-
mæ eis debitæ, iuxta receptiorem D D. Sententiam, & hæc pro-
hibitio valida erit non solum si imponatur ad certum tempus,
sed etiam si perpetua sit, & operabitur dum gravatus vixerit, &
caus

causa ob quam adiecta fuerit, & illius favor suadeat, veluti si
centum, ita ut fundus ematur, legata sine alicui minus industrio,
cui prospectum esse testator voluit interesse heredi credendum
est; atque ideo cautionem interponendam ut & fundus compa-
retur ac postea non alienaretur cum enim testator voluerit prof-
picere ei quem minus industrium sciebat, voluisse videtur, quod
precise fundum emeret qui postea non alienaretur, cum pecu-
niam statim perdere & male consumere posset, quia minus indu-
strius erat, presertim cum legatum sit pro alimentis quæ ipse tã-
quam minus industrius querere non poterat cum esset persona
quæ ab alimentis pendebat, ac ideo præceptum nudum non est,
& impediatur alienatio, licet causa & modus videatur tantum
utilitatem legatarij, ut post antiquos, quidam politioris litera-
turæ interpretes animadvertunt quod mirifice convenit disposi-
tioni testamenti de cuius interpretatione agitur, cum enim Mo-
nasterium esset, veluti persona, quæ sine magnis redditibus, &
proventibus conservari non poterat, qui in patrimonio Ducis
præcipue consistebat cui etiam iura prospiciunt, ut minori obin-
vicilitatem, & parum industrio non solum ad querenda sed etiam
conservanda bona, merito prohibitio subsistit, cuius beneficio
Monasterium renuntiare potest; Preterea excluditur favore
Vassallorum non solum ex causa tacita, vel sub intellecta in utili-
tatem Monasterij: iuxta superius anotata, sed & expressa; Nam
in fine clausulæ hæreditariæ reperiuntur hæc verba: *Hacemos è
instituímos en heredero nuestro universal (scilicet Monasterium) por
deseo de institucion è en la mejor manera que podemos, è debemos pa-
ra que tengan, è posegan; perpetuamente todos los dichos nuestros bie-
nes encargandoles en acrecidamente que tengan por encomendada nues-
tra anima, quæ manifestè demonstrant Ducem præcipisse, ne bona
alienarentur, in comodum Monasterij; non Vassallorum, quos
cum universa hæreditate, ut instrumenta utilitatis Monasterij,
illius ditioni subiecit, eisque perpetuam servitutem irrogavit
sicut servus prohibitus alienari si contra præceptum alienetur, nõ
consequitur libertatem, si testator consilium dederit hæredi vel
legatario, retinere talem servum propter ministerium & usum
domini necessarium, quod cum eo educatum esse testator ex-
pressit, vel propter perfectæ artis peritiam hæredibus suis servari
præcipit, vel quia coercere voluerit servum, & cruciari ut ma-
le meritum ne meliorem dominum experiatur vel aliqua mente
non tribuendæ libertatis animo; huic interpretationi consenta-
neæ iuri & D. D. assertionibus, cui etiam significatio verborum
non repugnat, & voluntas testatoris congruit, ad stipulantur aliq
coniecturæ apparet enim Villam de Mançanera à Duce adquisi-
tam fuisse*

6
tam fuisse ex venditione sibi facta à Don Petro Ladron Vicecomite de Villanova, & prohibitionem specialem non esse Vassallorum, & prædictæ Villæ, sed etiã alia Castra, Villas, & Loca comprehendere, in quibus ius absolute potestatis non viget, cum extra Regnum sita, & populata sint, quare magis favore Monasterij prohibitio adiecta videtur, quam respectu Vassallorum ne induriorem dominum alienarentur in quos nulla cadere potest affectio Ducis, vel quia suis obsequijs illius gratiam promeruerint, vel prædicta Villa à progenitoribus Ducis possessa in eumque transmissa fuerit, accedit non sufficere causam tacitam in favorem alicuius quando dubium esset an testator etiam ex alia causa moveri potuisset, nam in dubio dicendum esset, causam fuisse favore prohibiti, & ratio est, quia causa habetur pro expressa quando ea solum potuit testatorem movere secus vero est dicendum, quando plures possunt considerari rationes inter quas prævalet favor prohibiti, iuxta aliquorum sententiam; ex quibus non obscure deprehenditur Vassallos audiendos non esse, cum quibus testator loentus non est, si illius expressam voluntatem, & causam propter quam dispositum est, ne alienarentur bona, ac etiam iuris regulas sequi velimus, nam ex ipsa clausula institutionis capiendus est sensus veritatis, nec oportet contra voluntatem defuncti duriores Monasterij conditionem constitui, nec etiam obstare censemus ius commune inhibere dominis alienationem Vassallorum, eis invitis, si ex ea illorum conditio deterior fiat, nam ut omitamus plerisque placere hanc assertionem restringendam esse si Vassalli ob causam necessariam alienarentur, ex eo quod potest videri is qui prohibet nihil sensit de huiusmodi alienatione hanc sententiam quam sine controversia procedere affirmant in Vassallis Principi subiectis, licet in duriores servitutes redigantur, nam summa felicitas est sub iusto vivere Principe, firmissimam esse profiteri in Vassallis constitutis sub potestate dominica quibus etiam ius retractus denegant, quod subditis Principi conceditur, licet quoad retractum alij dissentiant, & in Regno secundum eorum opinionem, equitati magis consentaneam, annis retroelapsis iudicatum fuerit; indubitatum iuris est Vassallos simul cum Castro alienari posse, & si reluctetur atque ita cessat obiectio, cum Monasterium non contendat sibi concedi facultatem alienandi Vassallos de Mançanera simpliciter, sed cum territorio, & omnibus iuribus ad domineaturam pertinentibus, Denique non adversatur ostendisse Vassallos per longissimum temporis spatium à Ducis obitu, & ante litem motam, constitutos fuisse sub potestate suaviori Monasterij, quin aliam dominum experirentur, ideoque tuendos in huius possessionis statu præsertim in articulo summarissimi possessorij, in quo
verlamus,

versamur, cuius natura est iuxta iuris, & fori regulas conserva-
re statum qui est tempore mortis, donec sit cognitum de vero
possessorio, vel proprietate, nam respondetur, quod licet fate-
remur, Vassallis de Mançanera sufragari posse hunc statum, qui
repugnat iuri prohibitivo; si ex iusto & colorato titulo diman-
ret, tamen cum de eo nullo modo docuerit veluti præscriptione
legitima, pacto, privilegio incorporationis, aut alio modo qui-
nimo scriptura testamenti, ex qua illum derivare student, peni-
tus elidat, nam quod in eo statutum est, solum utilitatem Mona-
sterij continet, (ut satis comprobatum manet) evincitur, cor-
rumpere possessionem, si quæ est deducta & probata, & in colorati
in ea manuteneri postulare; possessio enim licet antiquissima, vel
immemorialis despicienda est, si constiterit de titulo vicioso aut
in valido. Merito itaque censemus rejiciendam esse petitionem
Vassalorum cum notorie appareat obtinere non posse in propieta-
te ex defectu tituli, de quo præcipue in hac causa disceptatur his
& alijs &c. attentò constat &c.

Vnus vero ex dictis Dominis Regijs Consiliarijs fuit Voti, &
Opinionis quod &c. constat &c. tenetur & debet Pronuntiare &
in bonis in fine præsentis appellitus confrontatis mandari fieri
contenta in propositione Iustitiarum, & Consilij Villæ de
Mançanera principalium Faustini Dominici de las Foyas procu-
ratoris præstita cautione forali cæteris propositionibus repullis
reservatis iuribus reservari supplicantes neutram in expensis
condemnando cætera supplicata locum non habere, ex eo &
alias in hoc processu summarissimi possessorij manutentio decer-
nitur Villæ de Mançanera quia ex instrumentis, & probationi-
bus productis constat Excelentissimum Principem Ducem de
Calabria anno millesimo quingentesimo quinquagesimo, suum
condidisse testamentum in eo que omnia sua bona Monasterio
Sancti Michaelis de los Reyes Ordinis Divi Hieronimi circa Ci-
vitatem Valentia existens reliquisse ut perpetuo in eo manerent
& Religiosi in eo commorantes animam suam Domino Deo no-
stro comendarent posteaque progrediens testator in eadē clausu-
la declaravit inter prædicta sua bona esse comprehensa inter ali-
quas Villas & Oppida, Castrum, & Villa de Mançanera in Reg-
no Aragonum existens cum sui castalibus, jurisdictionibus civi-
libus, & criminalibus, meris & mixtis imperijs, & repetens
quod prædicta Oppida & Villa maneat perpetuo in Monasterio
addidit specialem prohibitionem præcipiens quod non valeant
vendi alienari, aut obligari, & etiam constat vicini Villæ de Ma-
çanera per longissimum temporis spatium centum triginta &
quinque annorum in quasi possessione esse existendi sub dominio
& Vassaligio Monasterij & nunquam subiectos potestati alterius
domini

8
domini & licet actus prohibitivi probati non reperiatur quia casus alienationis non evenit atamen cum tam longeva possessione titulo prohibitionis expressæ alienandi ex testamento resultanti suffulta manutentio supplicata denegari non debet nam præcedente aliquo titulo a quo possessio principium alumat in vim illius continuata presumitur pro parte Monasterij contenditur quod dicta prohibitio alienandi imposita in testamento sine expressione causæ, aut personæ propter quam testator alienationem prohibet est nudum præceptum appositum tantum in favore Monasterij cui renunciare potest Monasterium ut occurrente casu iuxta Canonicas Sanctiones ad alienationem procedere valeat itaque dicta prohibitio nullum titulum producere potest quo possessio à Villa de Mançanera allegata roborari queat. Sed satisficit cum communi Doctorum distinctione inter res inanimatas, & animatas nam quando prohibitio super re animata anima rationali etiam quod non exprimat causa nec substitutus dominetur tenet prohibitio favore ipsius personæ comprehensæ in ipsa re prohibita alienari, & cum in dicto testamento prohibitio expressa alienandi specificè fuit adiecta Oppidis, & Villis in quibus comprehenduntur Vassalli qui tamquam pars formalis Villam, aut Locum constituunt in eorum favorem ne duriores dominum experiantur prohibitionem alienandi à testatore impositam fuisse à iure presumitur, & si alienetur hoc procedere in prohibitione simplici ne alienes, ne vendas sed cessare quando aliud fuerit ad scriptum, & quod in dicto testamento fuit causa prohibitionis adscripta ut bona prohibita alienari remanerent perpetuo in Monasterio nulla habita consideratione ad Vassallos quare eis nullum ius adquiritor ad impediendam alienationem; Respondetur quod hæc verba, ut perpetuo maneat in Monasterio equaliter respiciunt commodum, & utilitatem Monasterij, & favorem Vassallorum, & est causa correlative quæ duos effectus eque principalis producit nam favor Vassallorum consistit in permanendo in dominio, & potestate Monasterij ne duriores servitutem experiantur si per alienationem ad dominum Seculare transirent præsumendum est hos duos fines testatorem prospexisse maxime quando ex contemplatione Vassallorum maior securitas stabilitur ad sua Vota observanda nam cum contradictione eorum bona saltim prætiorsiora ut sunt Castra, & Villæ perpetuo in Monasterio remanerent, & nobilissima memoria Excellentissimi Ducis in eternum permanebit quod suadet ex discretiva prohibitionem expresse imposita tantum Locis, & Villis, Vassallos habentibus nam si voluntas fuisset restricta solum ad existentiam dictorum bonorum in Monasterio cum toties repetita in testamento legatur esset superflua, in enanis hæc specialissima prohibitio, & ut
aliquid

aliquid operetur quando superadditur prohibitionis legis, & alia prohibitioni testatoris antecedenter explicatae intelligendum est voluisse Vassallos contemplare tam propter eorum affectionem quam ut firmitus sua enixa voluntas adimpleretur ex quibus deducitur precise non inferri illa verba ut maneat perpetuo in Monasterio solum prospicere Monasterium quia sint equivoce, & respectiva ad favorem Vassallorum in illi perpetuo essent in dominio Monasterij, & liberarentur a servitute Seculari, & quamvis clare, & expresse erga illos affectio non inferatur negari non potest dubium adesse ex quo titulus saltem coloratus oritur sufficiens ad colorandam quasi possessionem in qua insitum vicini de Mançanera ut tamquam in casu dubio manuteneri debeant in hoc summarissimo possessorio donec in pleniori iudicio de proprietate veri tituli discutatur. his & alijs & c. attendi, constat &c.

Sig⁺ num mei Alberti Iubero Secretarij pro sua Maiestate Regia Audientia, presentis Regni Aragonum, & in Civitate CæsarAugustæ domiciliari, qui huiusmodi Vota & Motiva à libro motivorum de anno millesimo lxxc. lxxviii. octuagesimo octavo, ubi continuata existunt, extracti, comprobati, constat superposito ubi legitur, dictum & de delecto, inter verba, fuit, accidit, & signa vi.

aliquid operetur quando superadditur prohibitionis legis, &
alia prohibitioni ratione antecedente explicite intelligitur
dum est volente Vallibus contempnere tam propter eorum ali-
quod quam ut hinc inde valeat adimplere ex quo
bus deventur precise non solum in verba verum etiam in
no in Monasterio solum profecto habet etiam quia sunt eorum
voca, & respectiva ad hanc Monasterium in illi perpe-
tuo in dominio Monasterii, & libere et absolute seculari,
& quare etiam, & ex parte regis, & non inferiori ne-
que non potest debere ad illud quo rite iustitiam colerent
omni ratione ad colendum quod per se habent in non solum
vicini de illis, & tempore in causa dubio manentem de-
betur in hoc tantummodo possit habere in se habentibus de
prohibere vel in illi eorum, & in illis, & in illis, & in illis

Signum meum Alberti Imperatoris Secretarii pro his Mallis
in Regia Audientia, presentis Regni Aragonum, & in
Civitate Castellae, die Martis, per huncmodi, & in
& Motiva a libro motuorum de anno millesimo sexcen-
tesimo octingentesimo octavo, ubi continetur existit, ex-
tanti, completum, & in illis superius ubi legitur, di-
ctum & de delicto, inter verba, & in illis, & in illis, & in illis